quodcunque horum ſchematum in formam vel PTOLEMAICAM vel COPERNICANAM per lineas parallelos transformari poſſit.

CAPVT XXVII.

Ex aliis quatuor obſervationibus ſtellæ MARTIS extra ſitum acronychium in eodem tamen eccentrici loco, demonſtrare, eccentricitatem orbis TERRÆ, cum ejus aphelio, & proportionem orbium ejus loci, una cum loco MARTIS eccentrico, ſub zodiaco.

HACTENVS ferè uſi ſumus aphelio MARTIS, una cum correctione motus medii & hypotheſi æquationum ſupra inventa. quæ ſi unicum ſcrupulum in definienda longitudine Planetæ ſub zodiaco peccent, ut fieri facile poteſt, multum nobis in hoc negocio incommodant.

Itaque jam hic nihil aſſumemus omnino, niſi periodicum tempus MARTIS, in quo nullum poteſt eſſe dubium, & loca SOLIS ſub zodiaco, ex calculo TYCHONIS. Eccentricum quidem locum ponemus ut in demonſtratione ad impoſſibile ducente fieri ſolet: ſed eum ipſum repetita poſitione demonſtrabimus.

Obſervationes hæ ſunt.

		H. M.		
A. MDLXXXV. VII	Maji	11.26	in 25°.55′ ♌	Lat. 1°.33′ B.
XII	Maji	10. 8	in 28. 3½ ♌	Lat. 1.24½ B.
A. MDLXXXVII. XXVII	Martii	9.40	in 18.21¾ ♍	Lat. 2.55⅔ B.
I	Aprilis	9.30	in 17.11 ♍	Lat. 2.43½ B.
A. MDLXXXIX. XII	Febr. mane	5.13	in 8.48 ♏	Lat. 2. 9 B.
Anno MD XC. XXVIII	Dece. mane	7. 8	in 8. 6 ♏	Lat. 1.14 B.
Anno MD XCI. V	Janu. mane	6.50	in 12.44⅖ ♏	Lat. 1.23¼ B.

Cum anno MDLXXXIX unicus tantummodo dies ſit, qui ad cæteros applicari poſſit, ante & poſt diu nihil obſervatum: cætera tempora ad hoc reducantur: eritque Catalogus eorum, una cum apparentibus locis SOLIS & MARTIS, & cum loco eccentrico MARTIS, iſte:

TEMPVS		mane	SOL	MARS	Sit in eccentrico per poſitionem primam.
MDLXXXV.	X	Maji H.VI. XI	28°.55′¾ ♉	26°.54′½ ♌	5°.22′. 2″
MDLXXXVII. XXVIII		Mart. H.V. XLII	16.50⅖ ♈	18.12 ♍	5.23.38
MDLXXXIX.	XII	Febr. H.V. XIII	3.41⅔ ♓	8.46⅔ ♏	5.25.14
MDXC.	XXXI	Dece. H.IV. XLIV	19. 6⅘ ♑	9.46⅔ ♏	6.25.50

Fiat ſchema ut prius, in quo α SOL, *β centrum eccentrici* TERRÆ, *ζ. δ. ε. γ. quatuor loca* TERRÆ, *η locus* MARTIS *in ſuo eccentrico: & connectantur puncta omnia cum omnibus.* *Ex datis igitur*

erunt

CAP. XXVII.



erunt anguli cogniti		*Hinc dantur*	
αζη	87°.58′.45″	αηζ 38°.27′.32″	αζ 62227½
αεη	151.21.36	αηε 17.11.38	αε 61675
αδη	114.53.25	αηδ 33.23. 1	αδ 60658
αγη	69.19.38	αηγ 34.20.20	αγ 60291

METHODO capitis præcedentis XXVI.

Jam quia ſuper ζε arcus ſtant duo anguli ad circumferentiam circuli per XXI *tertii* EVCLIDIS, *ſcilicet ζδε. ζγε. oportet hos æquales eſſe. & ut æquales evadant, tantisper α η ſuper α ſub zodiaco ante retroq; motanda eſt. Et qa in hac prima poſitione ipſi αη locus ſub zodiaco datus eſt; ergo pbetur an ζδε, ζγε, poſſint æquales eſſe: tunc conſtabit poſitionem ipſius αη recte habere.*

Quatuor igitur triangulorum ζαδ. δαε. εαγ. ζαγ.
totidem anguli quæruntur, nempe ζδα. εδα. εγα. ζγα.
ut habeantur εδζ. εγζ.

Atqui in quolibet horum triangulorum dantur anguli ad α per loca SOLIS *ex* TYCHONE, *& correctionem per præceſſionem æquinoctiorum. Latera vero illum angulum comprehendentia jam modo ſunt inventa. Ergo & anguli dabuntur.*

Eſtq;

ζαδ 85°.17′.17″	ζδα 48° 8′.59″	Hinc εδζ 21°.28′.1″	*differunt per 9.*
εαδ 43.10.20	*Et invenitur* εδα 69.37. 0		
εαγ 87.46.48	εγα 46.47.36	Hinc εγζ 21.19.6	
ζαγ 129.53.45	ζγα 25.28.30		